

Conci. Tolet. p.^e.


de anno . 1. 5. 8. 2.





N^o 131



26-5^e








[Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly a header or title.]

[Faint, illegible handwriting in the middle section of the page.]

[Faint, illegible handwriting in the lower section of the page.]



et acta

+

L

Decreta concilij Prouincialis Toletani celebrati Anno
 M. D. LXXXV. Presidente in eo Ill^{mo} ac R^{mo} Dño D. Gaspare
 de quiroga. S. R. E. Presbytero Cardinali Archiepiscopo Toleta
 no Hispaniarum primate, Et

no 6470



Dictum generale conuocatorium post missas Literas,
 Singulis R^{mis} Episcopis, Abbatibus, & Capitulis,
 Gaspar de quiroga. S. R. E. tituli sancte Balbine presbyter Cardina
 lis Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum primas Regnorum Castellæ maior Can
 cellarius et in Regnis atque dominiis Catholice maiestatis contra hereticam prauitatem
 et apostasiam generalis Inquisitor omnibus et singulis R^{mis} Episcopis Comprovin
 cialibus Abbatibus ecclesiarum capitulis et Vniuersis huius prouinciæ Toletanæ Chris
 ti fidelibus ad quos sequentia attinent Salutem in domino. Frequens conciliorum
 prouincialium celebratio et multis sacris canonibus commendata est iam inde ab initio
 nascentis ecclesie magnas utilitates prouincijs omnibus attulit. Sed cum is mor
 santissimus vel temporum perturbationibus vel non nullorum fortasse negligentia
 in deruetudinem abysset, nuper sancta et Oecumenica Synodus Tridentina ut multa
 alia utiliter testatur, sic huiusmodi concilia Prouincialia quolibet Saltem

triennio a Metropolitano haberi precepit. Itaque nos ab eo tempore quo huic
Ecclesie Toletane (sicut tanto onori impares) prepositi fuimus nihil euidem magis
optauimus quam ut concilium provinciale primo quoque tempore cogeremus. Superiori
tamen triennio publice occupationes ne id pro voto prestare possemus impederunt.
Nunc autem Dei benignitate commodam occasionem nacti, presentium cum animi
nostri sententiam, ipsi in primis Catholice Maiestatis Regis Philippi domini nostri
probari Videamus (qui auctoritatem favoremque suum nobis ad id concilium habere
dum per literas benigne obtulit) rem non ulterius duximus differendam. Quia
propter ad laudem ^{Ecclesiam} omnipotentis Dei ad emendandos huius Provinciae mores
tollendosque abusus et ad controversias (si quae sunt) componendas, ad restituendam
denique (ut in domino speramus) si cubi apud nos collapsa est ecclesiasticam discipli
nam, concilium provinciale in hanc Urbem Imperialem Toletanam indi ximus.
Diemque octauum mensis Septembris proxime venturi quo natiuitas beate Ma
rie celebratur ipsi concilio inchoando pre fiximus. Itaque etiam singularem Vestras
patentibus R. ^{mi} patres Episcopi comprouinciales, Vosque Abbates et ecclesiarum
Capitula ac ceteros quibus vel suffragij ferendi, vel consilij dandi in huiusmodi
concilijs provincialibus permessa potestas est edictis nostris ad eam diem conuo
cauimus. Ne quis vero ex hac provincia Toletana ignoracionis excusationem
obtinere possit hoc edicto generali quod in vobis nostrae Metropolitane ecclesie
affigi volumus omnibus et singulis huius provincie Toletane R. ^{mi} Episcopis
comprouincialibus nostris et Abbatibus qui in huiusmodi concilijs provin
cialibus ex iure vel consuetudine sententias differendo dicere solent

2
In Virtute Sancte obedientie et sub censuris et poenis que iure et huius provincie
constitutionibus continentur districte precipimus et mandamus, vt ad illum diem
Toletum ad concilium provinciale nobiscum celebrandum conueniant, vel si qui ipsum
fuerint legitimi impediti, vnacum impediti testimonio procuratores cum auctoritate
mittant. Coeteris autem hoc est capitula tam huius nostre Metropolitanę, quam
aliarum huius provincie Cathedralium Collegiatarumq; ecclesiarum vniuersita
tes quoq; et Ciuitatum oppidorumq; Magistratibus, ac deniq; personas omnes
tam ecclesiasticas quam seculares, quacumq; dignitate officio vel auctoritate
fungantur, que iure preuilegio vel consuetudine his concilijs provincialibus
ad dandum consilium interesse solent, vt nobis in hoc proximo celebrando
Concilio ad monitiones aliquas vel Libellos supplices ad reformationem pertinen
tes offerri voluerint, presentium Literarum tenore requerimus, inuitamus, et vt
ad dictam diem adsint conuocamus, deijs que proposuerint libenter eos et bene
uoligaudiri. Omnes autem in vniuersum admonitas volumus, nos grauib; ^{q;}
poenis que sacris canonibus sunt constitute, contra rebelles et inobedientes fore,
procesuros, atque illorum absentia non obstante, et contumacia accusata, concili
um provinciale nihilominus cum ^{q;} qui ad diem prestatutam affuerint celebratu
ros. Interim hortamur in christo omnes huius provincie R^{mos} Episcopos et
Christi fideles, vt quam primum et dum ipsum egerit concilium, publica
inducant oratione, et singuli priuata, peragant, quo propotius nobis reddatur
Deus optimus Maximus, vt huius concilij a nobis habendi ex sua gratia,
sua preuenire acta, dirigere et ad optatum exitum perducere dignetur,

ad Gloriam nominis sui, et huius provincie utilitatem. Idem ipsum nos quoque
in hac nostra sancta ecclesia et diocesi continenter ut fiat sedulo curabimus. Dat.
Toleti in Edibus nostris Archiepiscopalibus die. xij. mensis Julij. anno a na-
tuitate Dni. M. D. lxxxj. Gaspar Cardinalis Archiepiscopus Toletanus
Mandato Ill^{mi} et R^{mi} Dni Cardinalis Archiepiscopi. Magister Hierony-
mus paulus Secretarius

Prima prorogatio concilij provincialis ad diem tertium men-
sis Decembris eiusdem anni

Gaspar de quiroga. miseratione divina. S. R. E. tituli sancte Balbine
presbyter Cardinalis Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum primas Regnorum
Castelle mayor Cancellarius Status Catholici Regis Philippi domini nostri,
Regius consiliarius ac etiam in omnibus Regnis et dominijis sue maiestatis
contra hereticam prauitatem et apostasiam Inquisitor generalis R^{mo} in
Christo Patri dno Aluaro Episcopo Palentino comprouinciali nostro. Salu-
tem et felicitatem in dno. Superioribus diebus fraternitatem vestram
et Reliquos R^{mos} Episcopos comprouinciales nostros conuocauimus ad con-
cilium provinciale quod in hanc urbem imperialem Toletanam indiximus.
diem q^{ue} octauum mensis Septembris proximi futuri huius anni Millesimi quin-
gentesimi Octogesimi primi ipsi concilio in choando designauimus. Postea
tamen intelleximus Catholicam Maiestatem Regis Philippi dni nostri velle
duabus Ecclesijs Cordubensi et Segobensi que proprios pastores nuper amiserunt
futuros Episcopos nominare easque presentationes ad. S. D. N. Papam quam
primum mittere cum vero hec expediri et confici sine aliqua mora non possint
Cumq^{ue} etiam quidam ex R^{mis} patribus comprouincialibus nostris legitimis
causis

Causis impediti dicto Concilio Celebrando adesse Nequeant nisi terminus primo
 assignatus prorogatur, visum est ipsi Catholice Maiestati et nobis quo plenior Episcopoz
 Curus prouincie Conuentus haberi possit ut diuus futuri Concilij terminus paulo vlti
 vius prorogetur. Itaqz nos Sarum literarum tenore ~~prædicti~~ Concilij a nobis in
 hac Toletana vrbē Celebrandi terminum adie octaua mensis Septembris, ad diem
 tertium mensis Decembris primo sequenti huius ipsius anni Milles^{mi} Quingentes^{mi}
 Octogessim^{mi} primi (quo die primam dominicam aduentus Sancta mater Ecclesie
 Celebrabit) produimus et prorogamus ipsamqz prorogationem vobis significamus.
 Et Denunciamus. Quam obrem vobis fraternitatem enixe Rogamus et qua tenus
 opus sit in virtute obedientie et sub poenis a iure statutis vobis districte precipimus.
 Et mandamus vt ad prædictum diem tertium mensis Decembris Toletum ad concilium
 nobiscum incandū et Celebrandum conueniatis et Reliquas istius vestrę diocesis
 personas que iure consuetudine vel priuilegio his concilijs prouincialibus interesse
 debent de hac nostra prorogatione moneatis Ceteraqz prædictis que in superiori bus
 nobis literijs conuocatorijs vestrę in iunximus fraternitati quas mutato dur
 taxat prædicto termino omnino volumus in suo robore permanere et de iure exe
 quutioni mandari. Dat^o Toleti Anno domini. M. D. Lxxxxi. die vero vige
 ssimamensis Julij. Garpar cardinalis Archiepiscopus Toletanus. Manda^o
 N^omi^o R^omi^o domini Cardinali Archiepiscopi. Magister Nicuonim paulus secretarius.

Eodem exemplo misse sunt literę prorogationis ad singulos P^{ros} Episcopos Abba
 tes et capitula prouincie Toletanę -
 Deinde iterum prorogata est concily prouincialis in cho atio ad diem vigessim^{um},
 nonum

nonum Aprilis. anno. M. D. Lxxxv. et postremo ad diem octauum
Septembris eiusdem anni et hec habuit effectum.

Prima actio concily provincialis Toletani celebrata die
octauo Septembris. M. D. Lxxxv.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Patris et filij et
spiritus sancti amen.

Anno a natiuitate domini nostri Iesu christi Millesimo quingentesimo et
gesimo secundo in dictione decima die vero octauo mensis Septembris quo festum
natiuitatis Beate Marie ab ecclesia celebratur Pontificatus sanctissimi in
Christo patris et domini nostri Gregorij diuina providentia Pape decimi tertij
anno undecimo Regni vero Philippi secundi Hispaniarum Regis catholici,
domini nostri anno vigesimo septimo. Cum ex veterum canonum et nouissime
sancte Tridentine synodi decreto Toleti in ecclesia Metropolitana hoc sanctum
provinciale concilium conuenisset presidente Ill^{mo} et Ill^{mo} domino Gaspare de
quiroga sancte Romane ecclesie tituli sancte Balbine Presbytero Cardinali
Archiepiscopo Toletano Hispaniarum Primate inuitante et fauente in pri
mi eodem Philippo Rege catholico domino nostro Clementissimo eiusque
nomine presente admodum Ill^{mo} Gomezio de arcila Marchione de Melada
assidentibus Ill^{ms} Episcopis Comprovincialibus. Aluaro Palentino. Antonio
Cadubensi, Francisco Giennensi. Gomezio Cautaginesi, Alfonso Xxo
mensi Vocatis quoque et comparentibus tam huius Metropolitanam Capitulo et
ab ipso deputatis quam aliarum ecclesiarum Cathedralium huius provincie

Venerabilibus procuratoribus post missarum solemniam celebrata et Spiritu
Sancti gratiam ex more rituz ecclesiastico inuocatam, interrogati sunt Patres
per Concilij Secretarium alta et intelligibili Voce in hec Verba

R^m Patris placet ne vobis ad laudem et gloriam Sancte et indiuidue Trini-
tatis decernere et declarare hoc Sanctum concilium prouinciale in hanc Metro-
politana[m] ecclesiam ad presentem diem indictum rite et recte incipere
inceptumque esse

Et Singuli Responderunt, placet,

Placet ne etiam ut profecti huius Concilij inchoatione legatur decretum,
Sanctę et Ocu[m]enice Synodi Tridentine de habendis concilijs prouincialibus

Sess. 24. cap. 2

Et Responderunt, placet et lectum est a Diacono Sacri Vestibus induto

Placet ne quoque ut tam ad notitiam presentium quam ad conuincendam absent-
tium negligentiam vel contumaciam recitentur in die prima huius prouin-
cialis concilij et vltima eiusdem prouogatio ab Ill^{mo} et R^{mo} Metropolitano factę

Et Responderunt, placet et lectate sunt,

Placet ne preterea decernere et declarare presedendi ordinem si forte hac aut
Ceteris sequentibus actionibus vel congregationibus aliquis non suo loco sede
ut Preterit vel inceserit nulli ius que situm nulli pre iudicium in posterum
factum esse

Et Responderunt, placet

Placet ne etiam ut vique ad futuram proximam actionem interea pro loco
ad congregationes habendas aula que conciliorum dicitur in adibus Archie-
piscopalis huius ciuitatis designata deputata que sit

Et Responderunt, Placet

Post die decimo septimo Septembris Patribus placuit locum habendam
congregationum extendere ad quodcumque conclave eorundem Edium
Archiepiscopatum ab Ill^{mo} Metropolitano eligendum -

Ego Gaspar Cardinalis Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum,
Primas Hispaniensis subscripsi -

Ego Alvarus, Episcopus Valentinus et Comes Hispaniensis subscripsi -

Ego Antonius, Episcopus Cadubensis Hispaniensis subscripsi -

Ego Franciscus, Episcopus Grenensis Hispaniensis subscripsi -

Ego Gomecius, Episcopus Conchensis Hispaniensis subscripsi -

Ego Alfonso, Episcopus Oxomensis Hispaniensis subscripsi -

Ego Laurentius, Episcopus Seguntinus Hispaniensis subscripsi -

Ego Andreas, Episcopus Segobensis Hispaniensis subscripsi qui nuper
Abbas de Alcalalareal Hispaniensis

Ego Alfonso Abbas Vallisoletanus post adueniens, Hispaniensis consensit -

In quorum fidem subscripsi -

Joannes Batista Perez Canonicus Toletanus sancti Concilii pro
uincialis Secretarius.

Actio Secunda concilii prouincialis Toletani celebrata in
ecclesia Metropolitana feria quarta die nono mensis Martij in
fests^{is} Sanctorum quadraginta Martyrum anno Domini millesimo
Quingentesimo octogessimo tertio in dictione Vndequina Pontificatus
Sanctissimi Domini nostri Pape Gregori decimi tertij anno Vnde
cimo

5
Et Regni Philippi Hispaniarum Regis Catholici Domini
nostri Clementissimi anno Vigesimo octavo.

Decretum primum.

Cum intelligat hae Sanctae Synodis prouincialis Toletanae fidem
esse fundamentum si nequo frustra bonorum operum edificatio queretur, ex Veterum,
concliorum omnium exempla atque in primis sacrosanctae Synodi Tridentinae, praecipue
obsequuta, sicuti professio fidei in ipsa a huius concilii Congregatione fecit, sic nunc
eandem publice ex formula a felici recordationis Pio Papa quarto praescripta, pronun-
tiantibus Illmo et Rmo Cardinali Metropolitano ac Santissimis Episcopis compro-
uincialibus repetit & iure iurando confirmat.

Ego Gaspar Cardinalis Archiepiscopus Toletanus Hispaniarum Primas.
Et Ego Aluarus Episcopus Palentinus Et Ego Antonius Episcopus Corduuenensis Et
Ego Franciscus Episcopus Giennensis Et Ego Gomezius Episcopus Conchensis Nuper
Cartaginensis Et Ego Alonsus Episcopus Oxomensis Et Ego Laurentius Episcopus
Seguntinus Et Ego Andreas Episcopus Segobienensis nuper Abbas Alcala Regalis
Et Ego Alonsus Abbas Vallisoletanus firma fide credo Et profiteor omnia et
singula quae continentur in Symbolo fidei quo sancta Romana ecclesia utitur.
Videlicet, - Credo in unum Deum, patrem omnipotentem, factorem caeli et
terre, Visibilem omnium et inuisibilem, et in unum dominum Iesum Chri-
stum filium Dei unigenitum, et ex patre natum ante omnia secula, Deum de
Deo, Lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum consub-
stantialem patri per quem omnia facta sunt, qui propter nos dominus et propter
nostram salutem descendit de caelis, et incarnatus est de Spiritu Sancto,

ex Maria Virgine et homo factus est, Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio
Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et
ascendit in Cælum sedet ad dexteram patris, Et iterum venturus est cum gloria
iudicare vivos et mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum,
Dominum et vivificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre et
filio simul adoratur et conglorificatur qui locutus est per prophetas, Et unam
Sanctam Catholicam et Apostolicam ecclesiam, Confiteor unum baptismum in
remissionem peccatorum et expecto resurrectionem mortuorum, et vitam
venturi seculi Amen. Apostolicas et ecclesiasticas traditiones. Reliquas
que eiusdem ecclesie observationes et constitutiones firmissime admitto et
amplector. Item sacram scripturam iuxta eum sensum quem tenuit
et tenet Sancta mater ecclesia cuius est iudicare de vero sensu et interpre-
tatione sacrarum scripturarum admittis, Nec eam unquam nisi iuxta
unanimem consensum patrum accipiam et interpretabor, profiteor quoque sep-
tem esse vere et proprie sacram^a nove legis a Iesu Christo Domino nostro
instituta atque ad salutem humani generis, Licet non omnia singulis
necessaria, scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, peniten-
tiam, et unam unctionem, Ordinem et matrimonium, illaque gratiam
conferre, et ex his Baptismum, Confirmationem, et ordinem sine sacrilegio
reiterare non posse, Receptis quoque et approbato ecclesie Catholice ritibus
supradictorum omnium sacramentorum. Solemni administratione recipio.
Et admitto, omnia et singula que de peccato originali, et de justificatione in
Sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerint amplector
et recipio.

6

Et recipio, profiteor tñ in missa offerre Deo, Verum proprium et propitia-
torium sacrificiū pro viuere et defunctis, atq; in sacratissimo Eucharistie
Sacramento esse vere reale et substantialiter corpus et sanguinem unicum,
anima et diuinitati domini nostri Iesu christi fieriq; conuersionem totius substan-
tie panis in corpus, et totius substantie vini in sanguinem quam conuersionem,
Catholica ecclesia transubstantiationem appellat). Fateor et subaltera
tantum specie totum atq; integrum Christum, Verumq; sacramentum
summi constantē teneo purgatorium esse, animas q; ibi detentas, fide-
lium suffragiū seruari, Similes et sanctos unā cum christo ugnantes
Venerandos atq; inuocandos esse et q; orationes Deo pro nobis offerre atq;
eorum reliquias esse Venerandas. Firmiter assero imaginē christi ac dei
pare; semper uirginis nec non aliorum sanctorum habendas et retinendas
esse, atq; eis debitum honorem atq; Venerat. impartiendas indulgentias
et potestatem a christo in ecclia relictam fuisse illarum q; Vniuerso christiano
populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam et Aposto-
licam Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistrā,
agnosco, Romanos Pontificē beati Petri Apostolorum principis Successori,
ac Iesu christi vicario Veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cetera item,
omnia a sacris Canonibus et Aumenicis Concilijs, ac precipue a sacro
Tridentina synodo tradita, diffinita et declarata indubitanter recipio atq;
profiteor, Similitiq; contraria omnia atq; hereses quas cumq; ab ecclesia
damnatas et reiectas et anathematicas ego pauiter damno, reijcio et
anathematizo.

anathematizo, Hanc v̄ catholicam fidem, et ita quam nemo saluus esse
potest; quam in presenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem inte-
gram et immaculatam v̄q̄ ad extremum vite spiritum constantissime Deo
adiuvante retinere et confiteri atq̄ a meis subditis seu illis quorum cura ad
me in munere meo expectabit teneri, doceri, et predicari, quantum in me
erit curatum, Ego idem Gaspar Cardinalis Archiepiscopus Di. Egor-
thuanus Episcopus, Di. Ego Antonius Episcopus, Di. Ego Franciscus Episcopus
et Ego Gomezius Episcopus, et Ego Alfonsus Episcopus, et Ego Laurentius
Episcopus, et Ego Andreas Episcopus, et Ego Alfonsus Abbas, Spondeo
Voueo, ac iuro sic me Deus adiuuet et hec sancta Dei Evangelia.

Hanc fidei professionem omnes prelati simul ex suo quisq̄ coeli, et
promuntiarunt sine mitris stantes, preterquam ad illud ad incarnatum
est, Vltimaque verba sic me Deus adiuuet singuli dixerunt genibus
flexis manibusq̄ missali impressis, Cardinalis quidem in manibus anti-
quioris epi sanctis, Ceteri autē Episcopi et Abbas in manibus Cardinalis
sedentis.

Sum̄ diaconus perrexit legere Cetera Decreta.

Const. Later.
Frid.

Decretum Secundum.

In sententijs dicendis decretum Undecimi Concilij Toletani quod a plenisq̄
Synodis, tum ōm̄eniacis, tum provincialibus usurpatum legit̄ multo ma-
gis a patribus, qui in hanc Synodum conueniunt et obseruari et oculo
semper haberi conuenit, id est huiusmodi,
In loco benedictionis conuolentes domini sacerdoter nullis debent ante

In discretis vocibus persequere aut quibus libet tumultibus perturbare nullis etiam,
 Vanis fabulis vel scribis agi, et (quod detestari est) obstinatis disceptationibus tumultu-
 tuosas voces confundere. Si quis, nisi (ut apostolus ait) putat se religiosum esse non,
 Refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius Vana est Religio. Cultus
 enim suum sultitia perdit quando silentia iudicij obsequentiis, turba confundit,
 Dicente Propeta: Erat Cultus iustitiae silentium, debet ergo quicquid aut colla-
 tionibus considerandum agitur, aut a causantium parte proponitur, sic mitissima
 Verborum prolatione proferri ut ne q̄ contentiosis vocibus audientiam turbent nec
 Iudicij vigorem detumultis enervent. Quicumq; ergo inconueniēti concilio hæc
 quæ premissa sunt violanda crediderit, et contra hæc interdicta aut tumultu, aut
 contumelijs vel scribis concilium contra basuerit; iuxta diuinæ legis Edictum
 quod precipitur: Eycederit scem, et exhibit eum eo iugium, cum omni dedecore
 de consensione abstractus a communi cœtu succedat, et tunc diuinam ex
 communicationis sententiam patiat -

Decretum tertium.

Cum multa a sacris canonibus olim et nuper a Sacrosancta et Oecumenicali
 Tridentina Synodo de singulorum sacramentorum ratione et usu, de q̄ omnium
 officiorum ecclesiasticorum genere, ac munim reformacione sanctissimi constituta
 sint, ne singula capita repetere sit necesse, hæc sancta Synodus provincialis
 quanto maximo potest studio. *M. Mus. R. Metropolitani* Ceteroq;
 huius provincie sanctissimi Episcopi, in dominum conet, hortatur et hoc
 et illis mandat, ut promuneris sui officio, eadem decreta assidue versantem
 tum in se ipsis tum in subditis, debite mandent executioni cum exploratum

Sit in illorum obseruatione preuentum morum correctionem, Certam
instaurandę ecclesiasticę discipline spem esse positam,

Decretum quartum.

Quoniam sacra Tridentina synodus in concilijs provincialibus pro singulari
Regionum more propriam examinis formulam pre scribi precepit, ex qua de
eorum qui ad Episcopatus promouendi essent qualitatibus inquirentur, hec
Sancta Synodus eadem formulam tanquam eidem synodo Tridentine
consonam et moribus huius provincie conuenientem ^{proponit} a beatissimo sanctissimi dno
nostri approbandam, ut scilicet quoties in posterum ad Metropolitanam vel
Cathedralem aliquam huius provincie ecclesiam, nominatus quispiam
presentatus fuerit, statim Apostolicus legatus, siue Nuntius aut ipsius
nominati ordinarius vel certe eo deficiente ordinarius vicinior vocatis testibus
non tantum ab ipso designato Episcopo oblati sed alijs etiam ex suo
officio quesitis, de ipsius nominati qualitatibus per hec precipue capita inqui
rat.

Sit ne ex legitimo matrimonio natus.

Antrigessimum etatis annum exegerit.

An moribus grauis et prudens et an hospitalis sit.

Sit ne in sacro ordine antea saltem sex mensium spatio constitutus.

An scientia literarum ita polleat ut numeri sibi insurgendi ne
cessitati possit satisfacere, ideoq in vniuersitate studij Magister siue Doctor
aut Licentiatus in sacra Theologia vel iure Canonico meritis sit pro
motus. Ut publicę aliorum academice testimonio idoneus ad
alios

alios docendos attendat.

Quid si Regularis fuerit a Superioribus semilem fidem habeat.
An praeterea alicuius Sanctae Inquisitionis officio damnati. Vel reconcilia-
ti filius nepos ve sit, vel ipse et de rebus fidei accusatus fuerit: pre-
terea si exigente subitita ab Inquisitoribus fuerit absolutus.

Professionem quoque fidei idem designatus Epus ex formula a felicis re-
cordationis, Pio Papa quarto praescripta faciat et Juramento confirmet.

Quod si is ab vno Episcopatu ad alterum transferatur quae ratur etiam qua-
lem se in anteriori gesserit ecclesia.

De ipsius et ecclesiae statu rogente testes, si Cathedralis sit, quod dignita-
tis, vel praevendas in se habeat, si vero Metropolitana quos praeterea epis-
copatus Suffraganeos sive Comprovinciales sub se complectatur et demum
an ipsam ecclesiam pastore Vocare dicant.

Haec omnia acta in publicum instrumentum redacta ipse qui huiusmo-
di examini praesit Epus sigillo suo obsignata ad Sanctissimum Ro-
manum Pontificem gratis et fideliter Referet.

Decretum quintum.

Quaquam sancta Tridentina Synodus Epus in domino hortatur et admonet
ne praecipuis festis et temporibus per annum, ecclesiam Catholicam deserant
Et iam olim a Concilio Carthaginensi quinto, nuperque a proximo Soletano,
Episcoporum ab ecclesijs Cathedralibus absentia reprehensa est, tamen

sess-23
cap-1-
Cartd-c.5.
Tol. ad. 2
cap. 1.

Wh

ut alienis ac nouis interpretationibus aditus precludatur, mandat hęc
Sancta Synodus omnibus huius prouincię Prelatis, ne in posterum extra
ecclesiã Cathedralẽ locum aliquem etiam proprię diocesis, quamvis insigni-
nem et Celebrem ad adinarie habitationis Usum sibi eligant, sed ipsam
potius Cathedralẽ presentia sua ornent et consolentur, nisi aut uisitationis
cura, aut necessaria Episcopalia munia eos alio ad tempus auocent -

Decretum sextum.

sess. 23.
c. 18.

Seminaria ubi pueri ex præscripto Tridentinę Synodi uirtute et
litteris ad ecclesię ministeria imbuendi sunt, licet hactenus propter
nonnullas difficultates nondum sint instituta, quoniam tamen in regnum
continentis Reipublicę Christianę utilitatem hortatur hæc Sancta Synodus
omnes huius prouincię Prelatos, ut uel pæschimonia, beneficiorum q̄
simplicium annexionibus uel assignata ex singulis beneficijs mode-
rata aliqua portione, ea quam primũ erigenda curent,
quibus et mandat ut re tota cum ijs ad quos spectat communicata iuxta
eiusdem concilij decretum quod incipit. Cum adolescentium etas, diffi-
cultatibus quantum fieri poterit superatis, quod deliberatum erit intra
annum assine presentis concilij, ad M^{um} et R^{um} Metropolitanum
mitant, ut consilijs collatis, tam necessarium opus uleuius non differat.

Decretum septimum.

Archium Episcopale, quo scripturę ad Episcopi dignitatem pertinentis

9
Seruari possint sicubi, nondum exstructum est, quam primum constitua-
tur, illius porro duae sint clauēs, Sedeuacante, una peres Capitulum aut
ab eo deputandum, altera peres Praesatum et Monasterij in quo archiuum
depositum sitent, iuxta formam a superiori concilio Toletano ea detegle-
nissime traditam. Quod vero ibidem preceptum extat, de iuramento
prestando a Monasterij Praesato non permissarum, & vllam scripturam,
absq; Metropolitani vel superioris licentia inde abduci: Idem quoq;
ius iurandum excizat, ipsum capitulum ab eo cui alteram archiuu
Episcopalis clauem, seruandam tradiderit.

act. 3-
cap. 1.

Decretum octauum.

Nullus prelatus siue inferior collator pro cuiuscumq; preuenda beneficij
aut capellania collatione, institutione, vel noua etiam fundacione
pecuniam vel quod pecunia abstineter exigere, ac ne a sponte quidem
dantibus possit accipere.

Decretum nonum.

Beneficiū quodcumq; etiam simplex nemini conferatur, neq; etiam ad pa-
troni denominationem, presentationem v; quisq; in eo institutus, nisi prius
per ordinarij examen, ad hanc canonicas persoluendas, et pro qualitate bene-
ficij ad alia ecclesialia ministeria prestanda, idoneus esse comprobatus.

Decretum decimum.

Praesertantium voluntates negligere iniquum est, officium autem
non charitatis modo, sed etiam iustitij legibus debitum, preces & sacra
fidelibus.

Fidelibus defunctis relicta peragi, prescriptis temporibus atq; persolui. Quo
graviorum doloris sensu est a Deo tribu auditum, magnum misarum nume-
rum in quibusdam ecclesijs et ecclesiarum capitulis aut capellis vel omitti
vel differri propter veteris elemosynę tenuitatem, si ad hunc temporum Ca-
ritatem referatur, siue quod indecorum videatur antiquum misarum nu-
merum imminuere. Cui in commodo Sancta Synodus cupiens providere atq;
omnem maledicti nostri ministerium vituperandi occasionem pręscindere,
primo quoq; tempore Synodus per singulas diaces haberi vult, ac in illis districte
Mandat Episcopis, etiam sub interminatione maledictionis eterne, ut omni-
post possit amora ex prescripto Sacri Concilij Tridentini, habita ratione
temporum locorum fructuum et rerum, si que præterea beneficij sunt,
impossita, generali constitutione decernant, que reddituum quantitas singulis
missis debeat respondere, id tamen relictiarij Episcoporum, aut visitatores
faciant, aliqui irritum et inane erit si quid contra fuerit attentatum.

Decretum Undecimum.

Ecclesiastica bona in privatorum hominum gratiam pleniq; utilitate
simulatione diribari alinariq; solent, vel certe in longum tempus contra sus-
ceptas locari non sine gravi eorum ecclesiasticorum scelere qui eiusmodi
damnorum vel auctores sunt vel dissimulatores. Qua propter hæc Sancta
Synodus omnes huius provincię Episcopos in domino hortatur, quos etiam
si oportet auctoritate sibi ab œumenico Concilio Tridentino attributa,
ad hoc ipsum in executores deputat, ut in suis diocesis quasq; rerum
ecclesiasticarum alienationes, vel locationes, ad multum (ut vocant) vitam

Et ultra tempus a iure permissum fuisse factas deprehenderint, illas continuo nullas irritas decernant, et ecclesiarum ius in pristinam libertatem vindicent.

Leclis a Diacono decretis secretarius interrogavit.

Rm. Pater, placent ne vobis haec decreta?

Et Singuli responderunt, Placent.

Placet ne etiam futuram et ultimam huius sancti Concilij Provincialis actionem celebrari proximo sabbato in festo sancti Gregorij Papa quod erit die duodecimo presentis mensis Martij. Et responderunt, placet.

Ego Gaspar Cardinalis Archiepus Toletanus diffiniens subscripsi.

Ego Alvarus Episcopus Palentinus & Comes diffiniens subscripsi.

Ego Antonius Episcopus Cordubensis diffiniens subscripsi.

Ego Franciscus Episcopus Giennensis diffiniens subscripsi.

Ego Gomezius Episcopus Conchensis diffiniens subscripsi.

Ego Monsus Episcopus Oromensis diffiniens subscripsi.

Ego Laurentius Episcopus Seguntinus diffiniens subscripsi.

Ego Andreas Episcopus Segouiensis diffiniens subscripsi.

Ego Alphonsus Abbas Salaputanus, diffiniens subscripsi.

In quorum fidem subscripsi.

Joannes Batista Perez Canonicus Toletanus, sancti Concilij Provincialis Secretarius.

Actio Tertia Concilij Provincialis Toletani Celebrata, in ecclesia Metropolitana, sabbato die duodecimo mensis Martij in festo sancti Gregorij Papa, anno Domini, millesimo quingentesimo, octogesimo tertio, in dictione undecima Pontificatus Sanctissimi Domini nostri

noſtri Pape Gregorij. Xij. anno Undecimo, & Regni Philippi ſecundi
Hiſpaniarum Regis Catholici Domini noſtri clementiſſimi. anno Vigef. octavo,

Decretum Primum.

Vicarij, Prouiſſores, Viſitatores, Promotores, Fiſcales, et deniq; omnes
miniſtri qui in Tribunali eccleſiaſtico ipſius Metropolitanani, et Episcoporum
aliorumq; inferiorum ſui funguntur muneribus, non modo ſingulis triennijs,
ſed et quoties illorum officia per obitum Episcoporum vocaberint, a ſucceſſori
Epſ, vel ab eo deputandum et non ab alio Viſitari debent, ſecuti ſt in proximo
Conſilio Toletano conſtitutum. quoniam vno deſuncto Epſo eiſmodi mi-
niſtri non facile adigi poſſunt, ad reddendam adminiſtrationis rationem,
exigant Capitula Metropolitana & Cathedralium eccleſiarum, vt primum,
ſedes vacauerit, a ſingulis ſupradictis miniſtris idoneam cautionem, eod
ſucceſſori Epſ, muneris adminiſtrati rationem reddituros et iudicatum ſolentur

act. 2.
cap. 17.

Decretum ſecundum

Quod in proximo Conſilio Toletano fuit ſtatutum, vt prouiſſores et
Vicarij vbi ex delegatione Apoſtolica de quibuscuq; cauſis cognouerint
nihil etiam a ſponte dantibus aſſeſoris titulo accipiant, neq; ipſi aut
Notarij pro ſpotulis plus exigant, quamquod ex publica ordinarij
Tribunalis taxa percipi ſolet, Idem omnino et ſub eiſdem penis ſeruantur,
hec ſ. Synodus mandat. a quibuscuq; etiam officialibus et miniſtris
ſede Epſati vacante, a capitulo deputatis

Act. 2.
cap. 19.

Decretum Tertium.

Quando litiganti iure vel consuetudine concessum est, eum ex duobus iudicibus Superioribus eligere, ad quem ipse appellare maluerit; nemo illi sub excommunicationis pena audeat, eam libertatem vel pacem eorum, vel dolo impedire.

Decretum quartum.

Cum excommunicationes illas, quae monitionibus praemissis ad reuelationis finem, ut aiunt, sive pro deperditis, subtrahisq; rebus ferri solent, a nemine prorsus praeterquam ab Episcopo, et ex causa graui decernendas esse, sacra Synodus Tridentina, sess. 25. cap. 3. statuit: ne facilis illarum frequentia, censurae ecclesiae securitatem apud vulgus imminuat, haec sancta Synodus omnium Episcoporum cura iniungit, ut eam facultatem nemini ex suis officialibus committant, ipsis vero Vicariis omnibus etiam generalibus, ceterisque Episcoporum ministris, dilucide praecipit, ut post haec, huiusmodi excommunicationes ferendi auctoritate abstineant.

Decretum quintum.

Quantum stipendium Visitatoribus in singulis diebus dari debeat procuratoris et Visitatoris nomine Episcopi singuli in suis diocesisibus definiant, et praescribant, siue esculenta potulentaq; danda sint, siue pecunia numeranda, iuxta concilij decretum.

Trid. sess. 24
Cap. 3.
Tolet. alt. 2.
cap. 7.

Decretum sextum.

Quoniam redditus fabricarum impertuna sollicitatione artificum valde sunt exhausti, dum quisq; amicorum opem iuxta ad suum quantum fingit.

2070790

ecclesias indigere structuris, imaginibus, crucibus, calicibus, libris, Vestibus, aut reliquo sacrorum apparatu, Vnoque tempore multis ecclesijs ^{sum} operam et industriam magno addiit, neq. potest omnibus nisi longissimo tempore satisfacere, Prohibet hæc sancta Synodus omnibus Episcoporum, Vicarijs, Visitatoribus, alijsq. ministris, ne hæc aliam ve eiusmodi operam faciendam committant, sed Episcopi eam curam sibi soli reseruent, Quia tamen nisi operis necessitate, et ecclesia facultate explorata, alienoq. ore quo ad fieri poterit prius soluto, nihil eiusmodi inchoari permittant. Neq. Vero capitulis ecclesiarum Cathedralium sede vacante id ipsum liceat. Nisi forte subitum aliquod periculum, moram ferre non posse videatur.

Decretum Septimum.

Caueant non modo capitula sede vacante, sed et Episcopi, ne Libros, calices, corporalia consecrationis, aut offerenda paucitabellas, omne demum, Sacre supellectilis genus, Vniuersis et singulis totius diocesis templis, aut emendum distribuant, aut faciendum imperent, sed soli Episcopi quod cuiq. ecclesie opus esse viderint, id tantum faciendum imponant.

Decretum Octauum.

Ad artificum vero negligentiam, et ecclesiarum operum cunctationem corrigendam sancta Synodus decernit, ut inchoata opera, quae deputari commode poterunt ea Episcopo recognoscenda semel saltem per annum, vel sequentius, si ita videbitur, afferantur.

Decretum nonum.

12

Quoties aliquis ex his qui dignitates, Canonicatus, Portiones dimidias vel Portiones seu capellanas obtinent, a capitulo electus fuerit ad inquirendum de eius qualitatibus, quae ad possessionem admitterendā, nihil aliud stipendij in singulos dies accipiat, quam quod dari consueverit ijs, quia ad eodem capitulo ad ecclesiae negotia peragenda mittuntur.

Decretum decimum.

Pro receptione vel admissione ad alicuius praebendae vel beneficii possessionem, aliquid solui, quod inter ipsos ecclesiae beneficiarios dividatur, ^{a scriptis} et iam pridem sacris canonibus, et Nuper sacro sancti concilij Tridentini decreto damnatum. Cum ubique Episcopi vigere intellexerint, abolere prorsus curerit, poterit tamen offerri et accipi in ecclesiae fabricam, aut alios pro usus incommo-
tabili consuetudine conuerti. Solitum est.

Sess. 24.

Cap. 14.

Decretum undecimum.

Presentium temporum calamitas, et malorum impendentium metus facit, ut maiori in dies cautione opus sit, ecclesiae ministris constituendis. quod ex Oecumenica Tridentina Synodus de habentibus dignitates et canonicatus in ecclesijs Cathedralibus statuit, ut a die ad eam possessionis admissi, intra duos menses non solum coram Episcopo seu eius officiali, sed etiam in capitulo professionem fidei faciant, ut in Romana ecclesia obedientia sepe manuerunt. Spondeant ac iurent, idcirco ecclesiarum Cathedralium Portionarij, in collegiatis

Sess. 24.

Cap. 12.

Dignitates, Canonicatus, portiones ut obtinentes prestant et faciant et de
Formula à Pio quarto Pontifice maximo prescripta: Quod si negligentis ex
titerint. Chori distributionibus continuo priuentur.

Decretum duodecimum.

Curent diligenter Episcopi seculi id nondum prescriptum est ut in Cathedralibus
collegiatisq; ecclesijs, Canonicatus Portionesq; demerentur quibus presbyteri,
Diaconatus, et Subdiaconatus ordines annexi esse debeant, ut iuxta Concilij

Trid. 24.

c. 12.

alt. 3. cap. 9.

Tridentini prescriptum dimidia saltem pars presbyteri sint, aut si lauda
bilior Consuetudo omnes esse presbyteros postulet eadem observetur, illa autem,
preuenda ut Superiori Soletana Synodus diffiniuit, sacerdotium annexum,
habere censende sunt, quibus Celebratio missae vel incumbi vel indici ex
Constitutionibus aut consuetudine solet. Hi ergo omnes nisi infra annum

Len. ut y. qui de
retat de quali.

Trid. ses. 22. c. 4.

Requisitos ordines susceperint iuxta Concilij Viennensis Constitutionem que
incipit, ut y. quia à Concilio Tridentino renouatam, neq; Vocem in capitulo habe
ant, neq; quam dimidiam distributionum quotidianarum partem precipiant;
Nisi propter causam aliquam iustam, ab ordinario approbandam a susce
piendis ordinibus ad aliquod tempus impediantur.

Decretum decimum Tertium.

Trid. ses. 24.

Cap. 12.

et ses. 21. c. 3.

Quaecumq; à Tridentino Concilio et proximo Soletano decuta sunt, Respi
dentia eorum qui in Cathedralibus siue Collegiatis, Ecclesijs dignitates, Cano
nicatus, Preuendas aut Portiones obtinent, et de illorum absentia vltimenses
alt. 3. cap. 8. non extendenda praesertim versus detentia fructuum parti in distributiones quo
tidianas

Adrianus

tidianas assignanda eiusdem Solitani Concilij decreto quod incipit, unq. d. 13
Salubriter sunt instituta, dent operam singuli Episcopi ut sine ulla mora aut
dissimulatione in ipsorum ecclesijs accurate prestantur, -

Decretum decimumquartum

Cui altare deseruiunt, eos de altare viuere diuina et Apostolica aut honorate con-
cessum est, iniquum autem obsequi simulatione fructus intercepti ecclesiasticos
quod eos facere beneficiatos certum est, quicumq. ad principia horarum in chorum,
conuenientes, reliquum tempus Deo dicatum, deambulando aut confabulando
consumunt, magno dedecore nominis ecclesiastici, precipua patrum qui in hac
Synodum Provinciali conuenere molestia, ergo eum ab usum multorum
conciliorum Canonibus grauiter notatum, animaduertens hec sancta Synodus
detestatur primun et damnat, deinde decreuit, ijs: qui in Cathedralibus aut
collegiatis ecclesijs Dignitates, Canonatus, Personatus, Portiones, dimidias
ve portiones seu officia obtinent non licere ante hora finem a choro discedere,
nisi Corporali necessitate excuset, uel euident ecclesie utilitas, petita prius et
obtentia licentia ab epo si ad sit aut a chore presidente, causa q. indicata ei
qui presentes in choro signat, aliqui eiq. horae distributiones, inconscientia amittant,
mutua omni remissione sublata: non obstante quacumq. in contrarium consuetudine
q. potius corruptella dicenda est cum presens esse aut interesse dici non possit qui ex ir
quo tempore ad est.

Decretum decimumquintum

Cum subtra legi sint constituta si eorum quibus executio commissa est, digni-
mulatione vel incuria negligentius obseruent, mandat haec S. Synodus.

alb. 3. c. 4.
act. 3. c. 6.

Et sub excommunicationis pena, et qui singulis diebus presentes in choro signati
ut eos beneficiatos observet, qui abique legitima causa, quo tempore sacro
Concilio habenda est e choro discedunt, ut Concilio proximo Toletano Sta-
tum est, a festis ibidem signatis, Eucharistiam de manu Presbyteri maioris
missam celebrantis non sumunt, Multam autem eorum qui deliquerint
ijs assignandam curabit, quibus ab eodem Concilio Toletano vltioq; casus
attributus est; non obstantem hac in parte quacumq; negligentia et quaru-
dam ecclesiarum abusu.

Decretum decimum de sumis.

Decet eos potissimum dies qui sacratiores nobis Domini nostri referunt mysteria
et diuinam in nos benignitatem copiosius testantur, ab vniuersis Christi
fidelibus solemniter coli. qualia sunt festa Natiuitatis, Resurrectionis
Ascensionis Domini nostri Pentecostes, Corporis Christi cum eius octauis. Assumptio-
nis beate Mariae, et omnium sanctorum quod ut diligentius fiat et ipse
populus qui hisce diebus frequentius in ecclesia conuenire solet Vehementius
Et ecclesiasticorum copia ad Dei laudes concelebrandas accendatur, monet quidem
S. Synodus eos omnes qui in ecclesijs Cathedralibus et collegiatis prebendas obtinent
et plurimum in Domino hortatur ut cum diebus reliquis tum ijs potissimum
solemnioribus, minus suum agnoscant et prebent, sed ut eos etiam emolumentis
temporalibus inbitet, Statuit ut in omnibus Cathedralibus collegiisque ecclesijs
ex fructibus dignitatum, Canonatum, Personatum, Portionum dimidianum
ut portionum et officiorum distributiones maiores assignentur, quas ij tantum
poterant, qui praedictis diebus presentes atq; interuentis choro fuerint.

Tolet. act. 3. c. 8.

Decretum decimum septimum.

14

Jam dicitur a Bonifacio octavo in constitutione quae incipit. Consuetudinem improbatam
ille abusus est. Ut distributiones quotidianae ab ipsis percipiantur, qui licet praesentes in
Civitate sint, ubi ipsa sita est ecclesia, divinis tamen non interfunt officiis. Neque
Leges excepti sunt, nisi quos infirmitas seu iudicia et rationabilis corporalis
necessitas aut evidens ecclesiae utilitas excusat. Felix circa haec sancta synodus eam
consuetudinem detestatur abolerique vult, quae in quibusdam huius provinciae Cathedrales
collegiatisque ecclesiis inest. Ut scilicet qui dignitates, Canonicatus, Personatus
Dimidias vel portiones vel officia obtinent, Recreationis ut vocant vel aliquibus diebus,
quibus iure aut consuetudine ab ipsis ecclesiis abesse possunt, distributiones nihil
ominus quotidianas accipiant, cum illa praesentibus tantum et per singulos
horas choro intere sentibus constitutas sint.

Decretum decimum octavum.

Quicumque Canonicatus simul et praebendam obtinent, quae non sint perpetuo ipsi dignitatibus
Unita, non modo in altari missarum solemnibus quae ratione praebendarum ipsi incumbunt
Celebrare teneantur sicuti a proximo Concilio Toletano statutum est, sed in choro alijs
fungi ministris debent, quae ceteris huiusmodi praebendis iniunguntur. art. 2. cap. 9.

Decretum decimum nonum.

Episcopis in choro et capitulo prima sedes et locus quem ipse eligerint praecipua om-
nium rerum agendarum auctoritas, convocandi capitula si ad sint, vota exigendi
et iuxta ea concludendi potestas prima esse debet, ut Sacro Concilio Tridentino
Sanctum est, quia si episcopus Capitulum non convocaverit ut in deliberationibus
Sess. 25.
cap. 6.

maturis et consultis procedatur, Decernit hæc sancta Synodus ac districta mandatis
Schedulam, qua Canonici de more ad capitulum convocantur, cum res agenda capi-
tibus, Episcopo exhiberi, præterquam si de re ad epi vel suorum commodum spectante erit tractandum.

Decretum Vigessimum

Ne ea quæ maturo, prudentis multorum consilio bene instituta sunt paucorum fiant
de evertantur, Cathedralium Collegatarumque ecclesiarum Canonici, ea quæ Legitimo
aliquo Capitulo decreta antefuerint, alio postmodum Capitulo rescindere non liceat
nisi in id auctoritate totius capituli partes consenserint, vel totidem saltem sen-
tentie renovandi statuti fuerint quot eiusdem decernendi fuisse constiterint, cuius
rei ut actum deinceps ratio haberi possit, Curet in qui Capitulo præ est, ut in
singulis Capitulis suffragiorum numerus et nomina in acta referantur.

Decretum Vigessimum primum

Sess. 24.
Cap. 13.

Sanctissime Tridentina Synodo sanatum est populum in parochias proprias
certasque describi ut sciat unusquisque, unde sacra petere debeat et quem vitæ
magistram atque inspectorem habeat, inualuit in nonnullis huius provincie oppi-
dis, prava consuetudo ut incolis liberum sit parochiam cui adscribantur eligere,
